



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Quod obseruatio praedictorum dierum est contra rationem naturale[m]  
astrologica[m] & theologica[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

TRACTATVS

Egyptii primo inuenerūt dies: cauendos  
tanquam infaustos . Etiam dies sancto-  
rum martirum Iohannis & Pauli : & dies  
beati Martialis . Diem etiam sanctorum  
Innocentum vnde dicūt se tales dies ob-  
seruare tanquam pestiferos & infortu-  
natos ad aliquid inchoandū propter e-  
uentus & pericula quę consueuerūt eue-  
nire his qui inchoāt aliquod opus vel i-  
ter vel aliquid aliud tali Die: sed hoc est  
vanum & superstitiosum .

Quod obseruatio prædictorum die-  
rum est contra rationem natura-  
lē astrologicā & theologicā.

**Q**Via aut aliqua ratione astrolo-  
gica probaretur aut naturali  
aut theologica . Sed nulla ista  
rum sufficiens est causā vt hęc ponatur  
obseruatio : nec omnes : similiter talis  
ergo obseruatio vana est & reprobanda  
De astrologica probatur sic . Nam si hęc

obseruatio dierum interrogetur ab astrologis respondebunt hoc esse contra riū suis regulis & principiis. Quoniam astrologi variant sua iudicia secundum varietatem positionis siderū: ita quod non possit confici almanach vnliforme perpetuum: quia dies lunę (exempli gratia) quę modo est indisposita vel infasta secundum regulas eorum: si etiam errūt verę erit in sebdomada sequenti dispositionis alterius.

**Q**uod in his que concernunt arbitrii libertatem astra non imponūt necessitatem.

**A**ttento maxime quod i his quę cōcernunt arbitrii libertatem astra non imponūt necessitatem iuxta dictum Ptholomei quod sapiens dominabitur astris: & hęc ratio fieri solet efficaciter contra signationem quę reperitur in Kalendariis de diebus Egyptia-